

Lucem nunc exigit lata Scena in qvam gaudium gaudia
dedit.

En! inter publicam lætitiam lætum Thema, Principem te-
nella.

Sic post luctuosa lamenta; jubila
post communem dolorem; lætitia
post feralem catastrophen; læta, publicæ faciei scena
post tristia nubila nova Lux nos salutat.

O Benefica & in nostra vota
præproperis prona gaudiis providentia Cœli.

Ave pupilla Urbis nondicam salve

Romanos mores meos facio, qui matutinô tempo-
re AVE

vespertinô clamabant Salve.

Sic in ortu tuô supplex proclamo Ave.

Ave lætitia Illustrissimorum Parentum

Delicium amabilis Sororeculæ.

Sic explicat sese Iris Faustitatis

Hic enim ille solitus sæpè cœlorum cum terris ludus est
inter coacta nubila meridiem ordiri

in ipsis lamentis gaudiorum semenitem spargere,
idemq; qvod heri infensum fuit nunc favet cœlum.

Ad tam lætum verò spectaculum subsistens civitas
& tuô & publicô nomine gratulare

de

FELICITER EXORTÔ SIDERE.

•OS(+)S•

¶

Hist. suer. 60, 3ⁿ

Datum d